

testamenti Arcam sine mora elevent, si quidquid necesse est, protinus docent. Unde bene primus Pastor Ecclesiae Pastores ceteros admonet, dicens: parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea quae in vobis est spe. Ac si aperte dicat: ut ad portandam Arcam nulla mora praepediat, vectes à circulis numquam recedant.

## AURELII PRUDENTII

### 1. \*) HYMNUS IN NATIVITATEM DOMINI JESU CHRISTI.

Quid est quod arctum circumulum

Sol jam recurrens deserit?

Christus ne terris nascitur,

Qui lucis auget tramitem?

Heu quam fugacem gratiam

Festina volvebat dies,

Quam pene subductam facem

Sensim recisa extinxerat.

Coelum nitescat laetius,

Gratetur et gaudens humus,

Scandit gradatim denuo

Jubar priores lineas.

Emerge dulcis pusio,

Quem matris edit castitas,

Parens et expers conjugis

Mediator, et duplex genus.

\*) Opp. Poëtic.—Aurelii Prudentii Clementis. Basileae. 1527.  
pag. 101—105.